



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Tertium. De praenunciata eius morte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** Pontifex usurpatione improbara Susato vna cum medietate oppidi Xantensis Archiepiscopum Colonensem iniuste exclusum restitui iussit: ] Hæc ferè ex manuscriptis, nostra tamen tempestate etiamnum Susatentes Marcanorum Comitum Imperio obsequuntur.

### Caput Tertium.

*De prænunciata eius morte.*

**B** **P**LACUIT circa idem tempus Spiritui sancto, martyris sui finem qui- Religiosis, busdam viris religiosi, idque diuersis in locis reuelare. Monachus quibusdã quidam congregationis nostræ, iuuenis probatæ vitæ, Abbati nostro se- viris mar- cretius dicebat: Domine; si qua habes tractanda cum Archiepiscopo, tyriũ eius ne differas: qui breui morietur. Post dies paucos infirmarius noster, reuelatur. Winandus nomine, pro negotio quodam ad illum Susatum directus est. Qui cum in Veteri monte, domo Ordinis nostri pernoctaret, & mane veller recedere. Supprior subsecutus, ait ad eum: Est apud nos conuersus quidam, spiritum habens propheticum, sicuti sæpe experti sumus. Is tribulationem ingentem breui Domino nostro Archiepiscopo euenturam prophetat. Quapropter rogo vos, vt moneatis eum, vt cautus sit seque custodiat. Cui ille respondit, Satius est me id tacere, nam pro friuolo habiturus est. Veniens inde ad Episcopum, benigne susceptus est & expeditus, nec quicquam tamen illi hac de re indicare ausus fuit.

### Notatio ad Caput Tertium.

**D** S. Placuit circa idem tempus Spiritui Sancto.

**T**Empora S. ENGELBERTI ornata fuisse viris diuino Spiritu afflatis, nemini temporum illorum inuestigatori non notum est, quos inter in vetere Abbatia Montana, Martyrimum S. ENGELBERTI eo quo contigit modo prædixit

B. Ioannes  
Horichem

R 3

B. Ioan.